

Ecce dilectum familiarem et servitorem / nostrum I., domini p(ape) notarium, ad vos presentialiter duximus desti/nandum, vobis ex parte nostra vive vocis oraculo locuturum. Cum / igitur de ipso plenius confidamus, volumus et rogamus, quod eius dictis, / quecunque vobis ex parte nostra pertulerit, vestra fides audacter adhe/reat sicut nostris. /

12.

Jemand verwendet sich zu Gunsten eines Klerikers P. de Alatro, gegen den der Adressat wegen angeblicher Vergehen ein Untersuchungsverfahren eingeleitet hat. Hs. fol. 2^{rv}.

Rubrik: Affectuose precatur pro amicis.

Vacare non possumus, quin instanter et sepius requisiti porrigamus frequenter precamina pro amicis. Sane, sicut est nobis expositum, contra P. de Alatro⁸⁾ clericum per inquisitionem proceditis, pretextu quorundam / excessuum, quos idem clericus dicitur commisisse. Quam inquisitionem / inceptam esse asserit, promoventibus illam quibusdam eius emulis, / ficto colore veri, ex fomite perfide falsitatis. Igitur [...] // [...] consanguineorum [...] / duximus commenda[ndum], rogantes quatenus, quantum cum Deo, iustitia et ho/nore vestro ac honestate p[o]t[er]itis, intuitu nostro faveatis eidem, / semper in memoria retin[ent]es ea que super honore vestro et super / servanda ius[t]itia iam per li[tte]ras nostras et per nuntium vobis expri/mi fecimus oraculo vive vocis. /

13.

Derselbe bittet den Adressaten, die Prozesse, in denen der dominus P. de Alatro als advocatus mitwirkt, um einige Tage aufzuschieben, da P. derzeit im Dienst des Absenders beschäftigt ist.

Hs. fol. 2^v.

Cum presentia domini P. de Ala[tr]o⁹⁾ pro quibusdam nostris negotiis / indigeamus ad presens, ipse [...] clericorum suorum, quibus in vestra [vic]e / patrocinator, timet pericula, [vo]s requirimus et rogamus, quatenus in causis / in quibus idem dominus P. advocatus existit, usque ad eius reddi/tum supersedeatur, ita quod eisdem clericis ex ipsius

⁸⁾ Alatri (Prov. Frosinone).

⁹⁾ Alatri (Prov. Frosinone).